CLAUSTRUM ANIMAE. EADMERUS CANTUARIENSIS. DIALOGUS INTER OFFICIALEM VITAE ACTIVAE ET OFFICIALEM VITAE PASSIVAE. ANTONIUS RAMPEGOLUS. HUGO DE NOVO CASTRO. PS. GUALTERIUS BURLAEUS

Melk, 1459

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40341
Copyright: Melk, Benediktinerstift

aut nomen bestie · aut numerum nominis
eius · glo. i. signati erunt nomine
eius et eum fatebuntur · Capitulum xxx.

De opprobrio et verecundia temporum ·

Ex hoc autem evidenter
agnoscitur in quanto opprobrio
et verecundia erunt sancti circa
prosternet civitas · Dan. 8. Et fides
erit in opprobrium · Hoc autem attestatur
Gregorius exponens illud Iob 30. Nunc
in eorum canticum versus sum · dicens
Quibus verbis illud sancte ecclesie tempus
exprimitur quo publice a reprobis
irridetur quando impiorum crescentibus in
opprobrium erit fides et virtus erit
in omen · tanto enim unusquisque de-
spectior erit, quanto iustior esse
potuit · tanto abhominabilis · quanto
laudabilis · Et subditur · Sancta ita
quod electorum ecclesia afflictionis tempore
proverbium prioribus efficietur · quia cum bo-
nos per tormenta mori conspici-
ent, ab eis similitudinem maledic-
tionis sument · Hec Gregorius. Et sub-
dit de reprobis pulchre verbum dicens
Quo enim transitoriam mortem videt,
sed permanentem vitam non videt ·
Tanto magis deridendo ma-
la prima fugiunt · quanto minime
prometion ad bona permanencia
non pertingunt · Tunc gementes cla-
mabunt sancti ad dominum · dicentes illud
psalmus · Posuisti nos opprobrium vicinis
sub sannacionem et derisum hiis
qui in circuitu nostro sunt · Posu-
isti nos similitudinem in gentibus
commocionem capitis in populis ·
Tota die verecundia mea contra
me est · et confusio faciei mee
cooperuit me · In hiis autem gemi-
tibus et clamoribus ad divinam
recurrent misericordiam dicentes · Misere-
re mei deus · miserere mei · quia multum
repleti sumus despectione · Quia multum
repleta est anima nostra opprobrium ha-
bundantibus et despectio superbis ·

Cap. xxxi. De martiriis secundum

Sanguisuga homo ille
sanguinem christianorum si-
ciens per exquisita martiria
coget christianos veritatem fidei
denegare et se deum confiteri · In
primitiva autem ecclesia sub persecutio-
nibus tyrannorum signa christi co-
ruscancia in sanctorum passionibus ad
solacium et confortacionem christianorum
in tormentis eorum faciebant · Sed
in extremis temporibus sub persecucione
antichristi illud solacium stricto dei
iudicio subtrahetur · Tunc enim sancti
miracula non facient · sed pocius
persecutores eorum prius signis men-
dacibus ceterius coruscabunt et
ideo tum immanitate suppliciorum · tum
ex subtractione solaciorum · tum ex appa-
rencia falsi prodigiorum in persecutore
tunc sancti gravissime pacientur · Reno-
vabuntur autem antiqua supplicia seu
genera martiriorum et eo
amplius patet clara tunc temporibus quo
eorum persecutores fulgebunt excelsior
experientia et refulgencia signorum ·
Hinc dicit Gregorius · mor. 24. exponens
illud · Stringet caudam suam
sic cedrum sic ingens · Considerandum
est valde est tum vehemoth iste ·
i. antichristus caudam sublevat, in
quo tunc atrocior quam tunc exurget
qui enim penarum genera non novum
que non vires martirum excrusse